

1532. 74. 18. Juid.

587

G. de Tomice Episcopus Cracoviensis,
Vicecancellarius
Andree de Krutsko Episcopi. Silesiensi

140

Amice Domine in Christo Saluter & Nepos
Charissime.

Cum literis Dominationis Vestre. Amice quas
ad me scripsit, accepi exemplar literarum de quibus ad
illam scripseram, que cum mihi multum placu-
issent, ex templo ex illis literas confeci. In Urbe
Romam per Baesum transmissi, quandoque
deum per Austriam ei adolescenti qui huc erod
a Domino Archidiacono Soltorensis missus ta-
men non videbatur.

Quod post longam deliberationem suam,
Suffraganeum sibi delegent, et acceperit Dominationis
Vestre Amice, Domini Brulinski magnopere pro-
bo. Video enim id omnibus gratum esse quod ei iunue-
ri & dignitati, vinctu probum tranquillum & laudatum
preferent.

De contentione mea cum Galatino Cracoviensi
quod tardius ad Dominationem Vestram Amicam
scripsissem, non est factum negligentia & errore. Aliud

cuius

enim, Jovis per quem id significare volebam, Do-
minationi Vestre Rurū, me iussio Divsalutato hinc
discessit, post hac vero nullus se obtulerat, cui recte
litteras dare potuissem, At Dominationi Vre Rurū
humanitas, vel potius singularis benevolentia quae
mihi in hoc casu, sponte declaravit, mirifice vole-
bam Dominationi Vestre Rurū mihi grata & a-
nimo meo jucunda extitit.

Nam cum mihi visa est, Dominationi Vestrae Rurū
ante hac semper laudi, atq; dignitati meae plurimum
favere, hoc tempore literis amicis oportuna ad
me scriptis amplissime mihi comprobat, toto se
animo de meo honore & tuenda dignitate ratione
cogitare, pro quo illi summas, ago & habeo grati-
as, citae singulari animi gratitudine, conjunctas
idq; vicissim amove & benevolentia mea, veteri illico-
mulate referre curabo.

Sciat me tamen istos, iniquis odiis nihil move-
ri qui potius illis me credat, magis accendi & infla-
mari ut iudicanda mea in Senatu justa & recta
sententia dignitatem meam retineam. —

Cujus me amori. Deo

Datum Praeviae Anno Domini Mille-
mo Quingentesimo Trigesimo Secundo Die
15. Julii.